

# PRO ARCHIA

Poeta M. Ciceronis, cum F. Syluii Commentariis, Oratio.



Venundatur Iodoco Badio sub Gratia & Priuilegio a tergo huius explicandis.

1531

## PRIVILEGII TENOR.

Cautum est autoritate subregia, ne quisq; Committarios  
Frâcisci Sylui Ambiani hos in Oratione M. Tullii Ci-  
ceronis pro Archia Poeta trienio proximo rursus in amplissi-  
mo Frâcorû regno imprimere audeat, aut alibi impressos in  
dicto regno venundare, aut quois pacto distrahere, sub pœ-  
na confisctionis librorum sic impressorū & arbitraria, pre-  
ter eum cui imprimentos mandauit. Mandauit autem hos &  
plures alios Iodoco Badio Ascensio, tradito diplomate, signa-  
to manu C.V. Parisiensis Præfecti.

De la Barre.

Ruerendissimo in Christo Patri Eustathio  
Cryo, Attrebatenium Episcopo,  
Franciscus Sylvius S.



Xpectabam occasionem mihi dari, ut  
aliquid laborum meorum tibi nuncu-  
parem. Eam mihi nuper oblatam esse  
vehementer laetor. Quum enim mense  
superiore enarrarem discipulis meis  
Orationem M. Ciceronis pro A. Lici-  
nio Archia Poeta, visum est mihi com-  
mode sumi argumetum, ut tibi dedicare  
Cometaryos, quos i ea oratione scribe-  
remus. Ut enim puerum Ciceronem Archias docuit, ita tu  
me praceptorum puer usus es. Ut meritum munus pracepto-  
ri Cicerone hac defensione persoluit, ita tibi discipulo munus  
te non indignum offerre videor, quo tibi magis dilucida fiet  
haec Ciceronis oratio, ex qua cognoscas quantam voluptatem  
atque utilitatem capere possis ex his literarum studiis, quae tu  
puer preter ceteros diligenter excoluisti. Atque ut artium scri-  
ptores tradunt liberos honoris esse parentibus, ita arbitror  
praceptoribus discipulos non paruam laudem afferre. Utque ce-  
teros omittam, quis non credit ad Archiae gloriam mul-  
tum accessisse, quod Ciceronem docuerit? Quod tibi quoque pra-  
ceperim, non paruae mihi gloriae duco: non tam quod merito  
factus sis Pontifex, quam quod in familia clarissima ortus  
sis, ex qua plurimi & principum gubernatores, & bellorum  
duces prodierunt. Auunculus tuus D. Humbercorius, bel-  
licis laudibus tam excellens fuit, ut eo in acie occiso spes Gal-

liae nostræ collabi vîsa sit. Nobilissimus vir atq; integerius  
mus pater tuus Federicus Croyus in bello Veneto Maximí  
lianí Legatus fuit. Idem fuit Imperatoris Caroli V, vt ita di-  
cam, magnus magister. Eius opera in legationibus idem Caro-  
lus saepe usus est: cui q̄ carus ipse fuerim, scio. Fratrem tuum  
Hadrianum bellatorem egregium q̄ carum Carolus Impe-  
rator habeat, illud documento est, q̄ æstate superiore quum  
in Italia imperatoriis coronis ornaretur, eum in tēplo ex in-  
numerabilibus Germaniarum atq; Hispaniarum Principi-  
bus vnum ad se vocauerit, atq; ibi quantum ei se eiusq; maiori-  
bus debere sentiret, testatus sit: eamq; ob rem oppidum  
Roeulxium (cuius hic frater tuus dominus est) in comitatū  
euixerit. Iam frater tuus Ioannes magnam de se spem omni-  
bus prebuerat, sed iminatura morte præceptus, eā spem do-  
lore commutauit. Sed iam finem faciam, ne pro orationis ac  
commentariorum paruitate nimium crescat hæc epistola.  
Hos igitur Commentarios comiter accipe, & bene vale. Pa-  
risius ex schola Tornaca. XXX. die Octobris. M.D. XXX.

# INDEX

**CRERVM VER**  
borum ac sententiarū  
in signum in Oratio-  
ne Ciceronis pro Ar-  
ehia Poeta, & in Fran-  
cisci Sylvi Ambiani  
in eandē cōmentariis  
serie literaria collectus  
Index & primum. de-

A

**A** Bdere literis. fo-  
lio. v.  
Accēdere lumē  
folio. vii.

Accius Poeta. xii.  
Accio multo senior  
Pacuuius. xiii.

Achillom cur felicem  
appellarit Alexāder  
Magnus. xii.

Acroama. ix.  
Africanī minoris elo-  
quentiā. vii.

Alexāder Magn⁹ stās  
ad sepulcrum Achil-  
lis quare lappellaue-  
rit eum felicem, & ce-  
tera. folio. xii.

Animus humanus a  
prudētiorib⁹ philo-  
sophis censem̄t s̄ter-  
nus. fol. xiii. & xiiii.

Anima est triplex. xii.  
Antiochia. iii.

Appeto & expeto qd  
differant. vii.

Archias verius lex tē-  
pore faciebat. viii.

Artium humanitatis  
cognatio. i.

Ascribere ciuitati, in  
ciuitatem, & in ciui-

tate. iiiii.  
Pro ciue se gerere. vi.  
Auersus a musis. ix.

B.

**B** Ellare & antique  
Bellari. xiii.

**C** Atonis Maioris  
eloquētia. vii.  
Catulus preno-  
mine Quintus. iii.

C. Lelii eloquētia, quā-  
ta fuerit. viii.  
C. Mari⁹ videatur Ma-  
rius.

Celebris vrbs. iii.  
Census ratio. v.  
Census quid sit. v.

Cheryl⁹ Alexātri Ma-  
gni poeta imperitus  
folio. xii.

Ciceronis īgeniū. i.  
Ciceronis prima insti-  
tutio. ii.

Ciuitati, in ciuitatē,  
& in ciuitate ascribe-  
re. folio. ivi.

Cn. Octauius. iii.  
Cogitate aduerbiū a  
Cicerone usurpatū.  
folio. viii.

Comoueri. viii.

Conciliare amore, &  
odia, & inuidiam. fo-  
lio. viii. Item Concili-  
liare ab illo, & apud  
illum &c. ibidem.

Confiteor de amore &  
similibus. xiii.

Confoederatus, vt cō-  
ciuis, communiceps  
& multa alia nō sunt.

in latinissimorū ho-  
minum vſu. iii.

Conformata vox. i.

D

**D** Are veniā. ii.  
Dare potesta-  
tem ibidem.

Deformati fructus. i.  
Delubrum Homerī. ix.  
Diligere cū addito ve-  
hementiæ. ix.

Disciplinarum inter-  
se colligatio. ii.

Doctrina an natura  
plus possit. vii.

Domicilium. iiiii.

E

**E** Loquētis iacta-  
tio ē vītāda. i.

Eloquētia Sci-  
piōis Africani Mino-  
ris quanta fuerit. vii.

Eloquētia C. Lelii quā-  
ta fuerit. vii.

Eloquētia Catonis Ma-  
ioris. vii.

Ennius poeta Africa-  
no charus. x.

Ennius poeta in Sci-  
pionum sepulcro si-  
tus cum titulo. xi.

Ennius fuit natione:  
Rudius. xi.

Ennius iterum. xiii.

Excessit e pueris. iii.

Exercere iudicium. ii.

Expeto & appeto quid  
differunt. vi.

Exprimere. vii.

Ex pueris excedere qd  
lit. folio. ii. & iii.

A. iiiii

# INDEX

F

**F**amā ingenij ho-  
mīnis expectatio-  
nē ipsius adūet⁹ suparet. ii.  
Fructus deformat⁹.i.  
Fructus studiorū. vii.  
Fuluius Nobilior pre-  
nomine Marcus. xiii  
Furor poeticus. ix.  
Furius Philus prae-  
mine Lucius. vii.

G

**G**alli olim sunt  
grēce ut nūc la-  
tine locuti. xi.  
Gerere se pro ciue qd  
sit.v.  
Gloriae cupidi fuerūt  
fere philosophi, cui⁹  
probatio habet. fo. xiii.  
Gloriae Romani p̄z  
ceteris cupidi. xiii.  
Gustare. viii.

H

**H**eraclea. iii.  
Homeri patria  
incerta & q̄ vr  
bes & populi de ea  
certabant. ix.  
Homeri delubrum. ix.  
Humanitatis artū in-  
ter se cognatio. i.

I

**I**actātia eloquētia ē  
oratori pniciosa. i.  
Iniucundus. iii.  
Informare. iii.  
Ingenium Cic. i.  
Inititutio prima Cice-  
tonis. ii.  
Irrepere iñ tabulas qd

fit.v.

Iudicium exercere. ii.

L

**L**atinē linguae  
poenuria. xi.  
Laudes marmo-  
rate quæ sint. x.  
Laudis studio trahi-  
mūr omnes. xi.  
Laus p̄eclara est mer-  
ces virtutis. xi.

Lelii eloquētia. vii.

Lectissimus vir. ii.

Lex Papia. v.

Libertas testamento-  
rum. vi.

Literam scripsisset nul-  
lam. viii.

Literis abdere. v.

Literaruin lumen. vi.

Literam nullā frequē-  
ter dicit Cic. viii.

L.Furius Philus. vii.

L.Plotius poeta a C.

Mario dilect⁹ ob poe-  
ticam. ix.

Lumen literarum. vi.

Lumen accēdere. vii.

M

**M**Aledictum. vi.  
Manubię Mar-  
tis cōsecratæ  
musis. xiii.

M.Fului⁹ nobilior di-  
ctus. xiii.

Marius fuit īeloquēs  
sed vir strenuus. ix.

Marmoratae laudes q̄  
sint. x.

Martis Manubię mu-  
sis consecratæ. xiii.

Memoria yltima. i.

Merces virtutis est p̄.  
clara laus. xi.

Metellus Cēcilius Nu-  
midicus. iii.

Milites rure exercitat⁹  
& educati sūt yrbani  
p̄statiōres, & quare. xii.  
Moueri. viii.

Musis consecratæ Mar-  
tis manubire. xii.

N

**N**atura an doctri-  
na pl̄ possit. 7.

Nasci⁹ poeta. 7.  
Nobilior Fuluius pre-  
nomine Marcus. xiii

O

**O**Ctavius p̄eno  
mine Cn̄eius. 3.

P

**P**Acuuius poeta  
fuit Accio poe-  
ta multo seni-  
or, licet eum conue-  
nerit & viderit. fo-  
lio. xiii.

Papia lex. v.

Philosophiē studia qd  
utilitatis conferant.  
fo. vii.

Philosophi glorię cu-  
pidi, nā de cōtēnēda  
gloria scribentes no-  
men suū prescripte-  
runt vt gloriā inde  
consequantur. xiii.

Pingue sonatibus au-  
thoribus non lati-  
nis. xii.

Plotius poeta a Ma-  
rio dilectus. ix.

Poeticę rei studium. 6.

# INDEX

Poeta nasci.viii.bis,  
Poetas esse sanctos au-  
thore Ennio.viii.

Poetarum furor.ix.

Poete aliquando habi-  
ti odio.xiii.

Poetæ rursus censem  
at Cicerone sancti.fo-  
lio.xv.

Poeticorum studiorū  
utilitas.vii.

Popeii Magni i The-  
phanem gratus ani-  
mus.xii.

Potestatem dare.ii.

Profligati homines.6.

**Q** Veflo a yobis.i.  
Q.Catulus.iii.

**R** Atio census.v.  
Requiem & Re-  
quietem dici-  
mus.vi.

Responsum Themis-  
tostoclis.ix.

Reuinci.v  
Reuocare.viii.

Roscii Histriōis mors  
multum fleta.viii.

Roscii Histriōis de-  
formitas.viii.

Kudie Ennii patria p  
ipsum clara.xi.

Rustici milites sūt v̄r-  
banis meliores.xii.  
Rure educati & istitu-  
ti sunt v̄rbanis præ-  
stantiores.fo.xii.

S

**S** Ante quid sit. ix.  
Scipionis Africani  
Minoris iqua-  
ta fuerit eloquētia.s.

Sigeum promontoriū  
vbi sit.xii.

Syllæfacinus in malū  
poetam.xii.

Sonare pingue.xii.

Statuæ positæ.vii.

Studiū rei poeticae &  
studiorū successus.5.

Studiorū fructus.vii.

Studia philosophiae  
quid utilitatis confe-  
rant.vii.

Studiorum poeticoꝝ  
utilitas.viii.

Sub ea cōditiōe &c.12.

Suppetere.v.

T

**T** Abularium.iii.  
Tabularium ite-  
rum qd sit.iiii.

In tabulas irrepere,qd  
sit.v.

Testamentorum liber-  
tas que sit.vi.

Themistoclis argutū  
responsum. ix.

Theophanes histori-  
cus fuit.xi.

Tigranis Regis scom-  
ma in paruas Lucul-  
li copias.xi.

Toga virilis.iii.

Trahimur omnes lau-  
dis studio.xi.

Trahimur natura ad  
&c.fo.xiii.

Dare veniam & potes-  
tatem.ii.

V

**V** Eniam dare. ii.  
Venia p facul-  
tate accipi.ii.

Versus ex tempore fa-  
ciebat Archias. viii.

Ver⁹ latini & Græci.x  
Virilis toga.iii.

Virtutis merces est p-  
clara laus.xiii.

Vltima memoria.i.

Vltimum pro primo.i.

Vox conformata.i.

Vrbs celebris.iii.

Vtilitas studiorū poe-  
ticorum.vii.

FINIS.

### Argumentum.

**A**. Licinius Archias Antiochiae natus, poeta Græcus, ingenii gloria  
præstabilis in Italiam venit, quæ tñ Græcarum dīcplinarum ple-  
na erat. Itaq; hunc Tarentini, Regini, Locreses & Neapolitaní ciuita-  
te donauerunt. Postea Romæ C. Mario & Q. Catulo COSS. venit. Eñ  
Luculli domum suam receperunt, quem alii quoq; viri clarissimi colue-  
runt. Satis longo interuallo cum L. Lucullo Prætore in Siciliā profectus  
est. Inde cum eodem Lucullo decedens venit Heracleam, quę ciuitas cū  
populo Ro. foederata erat. Ascribi se in eam ciuitatem voluit. Id quum  
per se, tum Luculli gratia ab Heraclienibus impetravit. Postea Roma-  
na ciuitate Syllani & Carbonis lege donatus est, quę erat, vt ciues Ro-  
mani essent, qui ex foederatis ciuitatibus ascripti fuissent, si tum quuna-  
lex ferebatur in Italia domicilium habuissent, & si lx. diebus apud Pra-  
torem professi essent. Hunc Archiam iam senem quidā nomine Grac-  
chus accusauit, q; quum ciuis non esset, se pro ciue gereret. Eum ciuena  
non esse probauit, q; Heraclia ascriptus non esset. Id enim in publicis  
Heraclienium tabulis scriptum esse negabat, q; domicilium in Italia  
non habuerit, q; apud Prætorem professus non sit, q; a Censoribus cen-  
sus non fuerit. Hunc autem Cicero hac oratione defendit, quia eo præ-  
ceptore primo puer vsus fuerat. Ostendit igitur eum in ciuitatem ab  
Heraclienibus ascitum fuisse, & credendum potius Lucullo & Hera-  
clienibus id confirmantibus, q; tabulis, si extarent, quę tamen bello Ita-  
lico exustę fuerant. Domicilium Romę eum habuisse, & professum esse  
apud Prætorem Q. Metellum probat. Qz a Censoribus census nō fue-  
rit, id purgat. Curtantopere Archia delectetur, quæ quum ex aliis stu-  
diis tum maxime ex poeticis & voluptas & utilitas capiatur, abunde  
docet. Postremo concludit per enumerationem. Genus cause iudicia-  
le. Status coniecturæ p[ro]p[ter]e.



**S**I QVID est in me ingenii iudices, quod sentio  
q̄ sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi,  
in qua me non inficior mediocriter esse versa-  
tum: aut si huiusce rei ratio aliqua ab opti-  
marum artium studiis & disciplina profecta,  
a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruis-  
se: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fru-  
ctum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad lon-  
gissime potest mens mea respicere spatium præteriti tempo-  
ris, & pueritiae memoriam recordari vltimam, inde usq; repe Vltima  
tens, hunc video mihi principem & ad suscipiendam & atque memoria.  
grediendam rationem horum studiorum extitisse.

F. Sylvi Ambiani in eandem commentarii.

**S**i quid est in me) Solet Cicero in principio defensionum honestam illuc quam  
causam afferre, cur ad defendendum descendenterit, ne descendisse videatur  
aut aduersarii odio, aut gloriae cupiditate, aut spe questus. Idq; in accusatio-  
ne faciendum est diligentius. Quod sentio q̄ sit exiguum) Eloquentia ia-  
ctatio turpissima oratori est. Itaq; eam ab se Cicero amatitur. Authore Quin-  
tiliano lib. xi. Eloquentiam quidem quum plenissimam aduerso partis aduoca-  
tis Cicero cōcederet, sibi nūq; in agēdo immodice arrogauit. Illius sunt enim,  
Si quid est in me ingenii iudices, quod sentio q̄ sit exiguum &c. Nam quo mi-  
nus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi. Negat quoq; Cice-  
ro in lib. Tusculanarum questionum primo se ferre moleste, q̄ ingeniosus nō  
sit, nam melancholicus non est. Omnes enim melancholicos esse ingeniosos  
Aristoteles tradit. Id autem est in Problematum Aristotelis lib. Si qua exer-  
citatio dicendi) Quae ad dicendi facultatem valet plurimum. Usus enim dicē-  
di magister optimus est, vt ait Cicero de Oratore. Huiusce rei id est dicēdi.

Optimarum artium) & præcipue philosophiæ, quæ rationi dicendi confert  
plurimum. Nullum etatis meæ tempus) Cicero adolescentis philosophiæ ope-  
ram dedit. Posteaq; ad rep. accessit, quod occii supererat, id eiusdem philosophiæ  
studiis impertiebat. ad extremū rep. Cæsaris dominione occupata, dū cause fo-  
renses & Senatoriæ conticuerunt, ad eandem philosophiæ totum se retulit.

Mens mea) Animus enim est quo volumus, mens qua minimus. Ultimum  
mam id est primā. Ut in libro Rhetic ad Herenniū. Si non ab ultimo initio pro primo  
repetere volemus. Inde usq; id est usq; ab eo tempore. Principem) id est  
authorem, Ingrediendam) id est aggrediendam & inchoandam.

## F.SYLVIVS IN ORAT.

Qz si hæc vox huius hortatu præceptisq; conformata, non nullis aliquando salutí fuit: a quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profecto ipsi, quātū est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita díci forte miretur: q; alia quedam in hoc facultas sit ingenii, neq; hæc dicendi ratio aut disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio penitus vnq; dediti fuimus:

**A**rtiū hu Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent manita quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam tis cognatō inter se continetur. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in questione legitima, & in iudicio publico, cum res agatur apud Prætorem populi Romani lectissimum virum, & apud severissimos iudices, tanto conuentu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi: quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat: **Q**ueso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum spero non molestam: ut me pro summo poeta atq; eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum, hac vestra humanitate, hoc deniq; Prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac literarum paulo loqui liberius: & in eiusmodi persona, que propter ocium ac studium minime in iudiciis periculosa tractata est, uti prope nouo, quodam & inusitato genere dicendi.

Hæc vox) mea. Hortatu præceptisq; Discipulos enim præceptores rebus illis duabus potissimum instituunt hortatu & præceptis. Conformata) id est ta vox, formata. Ut deformatos fructus appellat Quintilianus eos qui delapis floribus iam formati existunt. Inde vsus translatione libro sexto est. Sed iam deformati fructus, mun ætatis ingressus annum, certos atq; deformatos fructus ostenderat. Inde probari potest illud præceptum Quintiliani libro primo. A sermone Graeco, inquit, puerum incipere malo. quia latius, qui pluribus in ysu est, vel nos

bis nolentibus se perhibet: simili quia disciplinis quoque Græcis prius institutus est, unde & nostræ fluxerunt. Idem præcipit a poetis auspicandum, & protinus vtendum esse præceptore optimo. Hæc omnia a se ante facta Ciceronis hoc loco ostendit, qui A. Licinio Archia Græco poeta doctissimo primam operam dedit. Quo cæteris opitulari Nam vis eloquè patet latissime. Hac statu. enim, ut ait Cicero libro de Oratore secundo, cohortamus, hac persuademos, hac consolamus afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasq; restinguimus, hæc nos iuris legum virium societate deuinxit, hæc a vita immani & fera segregauit.

A lios) id est reos. Alia quædam facultas id est poetica. Nam poeta erat Archias, Cicero orator. In hoc) Archia. Nec hæc dicendi ratio in Archia fuit, scilicet. Nec nos oratores. Ad humanitatem pertinent) Humanitatem Aulus Gellius libro decimotertio esse dicit, quam Græci τὸν δέιαν vocant, nos eruditonem institutionemq; in bonas artes dicimus, quod huius scientiæ cura & disciplina ex vniuersis animantibus vni homini data sit. Con Disciplina tinentur) id est coniunguntur. Ut libro de Oratore tertio . Est etiam illa Plasrum collationis vera, & tibi Catule certe non inaudita vox, Omnem doctrinam harum interrogatio genuarum & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri. Hic est ille orbis doctrinæ, quam Græci ἡγεμονίαν vocant, ut est apud Quintilianum libro primo. In quaestione legitima) id est in causa lege constituta. Quæstionem hoc loco pro causa habente controversiam dicit. Alia as quæstionem, legem, & iudicium pro eadem re Cicero dicit pro Milone. Idee constituere quæstionem legem aut iudicium dicimus, pro eo quod est discernere, & ut ita dicam, commissionem dare vocandi quenquam in iudicium.

In iudicio publico) Quæ publica quæ priuata sint iudicia alio loco scripsimus. Vt etiam scripsimus de eligendis iudicibus, de eorum sortitione, de quæsitore, de Prætore, qui causæ præferset. Lectissimum virum) id est clarissimum & nobilissimum. Ut pro M. Fonteio, Num etiam de matris hunc com m<sup>o</sup> vir. plexu lectissimæ miserrimæq; foeminae vobis inspectantibus auellet atq; abs trahet? Seuerissimos) apud quos nullus sit lenitatis clementiæ & misericordie locutus. Hoc vti genere dicendi) quod est quietum equabile temperatum, & pene philosophicum, quod a forensi quantum distet significat Cicero in proœmio libri de Officiis primi. Veniam) id est facultatem & potestatem. Ut libro de Oratore primo. Dabis hanc veniam mi frater, ut opinor, ut eorum quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, autoritatem facultate. Græcis anteponam. Dare quoque potestatem idem dicit in Divinatione. Nec dare veni L. Philoni in C. Seruiliu[m] nominis deferendi potestas est data. Facere potem & potestatem dici alibi scripsimus. Exercente iudicium) Exercere iudicium, pro eo statem. quod est præesse iudicio, dici alio loco docuimus. Liberius) quam in causis iudicibus fieri solitum sit. In eiusmodi) id est in tali Persona), i. A. Licinio. iudicium.

Minime in iudiciis periculisq; versata est) id est in iudicium vocata non est, causam nunquam dixit.

## F.S Y L V I V S IN ORAT.

Quod si mihi a vobis tribui concediq; sentia, perficiā profecto vt hunc A. Licinaū nō modo non segregandū cū sit ciuis a numero ciuiū, verūtiā, si non esset, putetis asciscēdū fuisse.

**Ex pueris** Nā vt primū ex pueris excessit Archias, atq; ab his artibus, quibus etas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendī studiū cōtulit. Primū Antiochiae (nā ibi natus est, loco nobili & celebri quodā vrbe & copiosa & eruditissimis hominibus liberalissimisq; studiis affluent) celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus, cūcteq; Grēcię, sic eius aduentus celebrabatur, vt famā ingenii expectatio hominis, expectationē ipsius aduētus admiratioq; superaret. Erat Italia tūc plena Grēcarū artū ac disciplinarū, studiaq; hęc & in Latio vehemētius tū colebatur, q; nūc iisdē in oppidis: & hic Romę propter trāquillitatē reip. nō negligebatur. Itaq; hūc & Tarētini & Regini & Locrēses & Neapolitanī ciuitate cæterisq; p̄miis donarūt, & oēs qui aliquid de ingeniis poterāt iudicare, cognitione atq; hospitio dignū existimarūt. Hac tāta celebritate famę, cum esset iā absentibus notus, Romā venit Mario Coss. & Catu lo. Nactus est primū Coss. eos, quorū alter res ad scribendū maximas: alter cū res gestas, tū etiā studiū atq; aures adhibere posset. Statim Luculli, cū p̄textatus Archias esset, eū domū suā receperūt: sed em̄ hoc nō solū ingenii ac literarū, verū etiam naturę atq; virtutis, vt domus quę huius adolescētiae prima fuerit, eadē esset familiarissima senectuti. Erat tēporibus illis iucūdus Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio.

**Excessit ex pueris.** Nam vt primū Narratio est, quo docet eū ab Heraclienibus ascriptum in ciuitatē, ideoq; ciuem Romanū factū esse. Ex pueris excessit) vt in Andria Terentius, Nā is postq; excessit ex ephebis Sosia. His artibus) vt grāmatica. Ad humanitatem). i.ad artes humanas. Informari). i. cōformari & institui, yt in lib. de Officijs. Nemini parere animus bene informatus a natura velit,

**Informare**

nisi præcipienti aut doceti, aut utilitatibus causa iuste & legitime imperati. Primum Antiochicę Antiochia Syriæ vrbs est diuitiis, magnitudine, hominū Antios frequentia int̄ omnes orientis vrbes Po. Ro. subiectas facile princeps, vt ait chia. Procopius libro primo de bello Persico. Loco id est genere. (Celebri) id est *Celebris*. frequēti, & vt vulgo dicunt, populosa. Copiosa id est diuite. Et Tarētini &c.) Duarum ciuitatū ciuiis iure ciuili Romanorum nemo potest esse, vt ait Cicero pro L. Cornelio Balbo: sed aliarum ciuitatū iure ciuili unusquisq; multarum ciuitatum ciuius esse potest. Itaq; A. Licinius multis ciuitatibus donatus est. Tarētini & Rhegini & Locrenses legi debere videtur ex his quę postea dicet. Mario Consule & Catulo) Hi autem COSS. fuerūt bello Cimbrico. Alter ad scribendum &c.) Cenim Marius capto Iugurtha & deuidis Cimbris Teutonis & Ambronibus res maximas ad scribendum adhibuit. Tum etiam studium & aures) Nam Q. Catulus fuit maxime eloquens: de quo Cicero in libro de Oratione tertio, Q. uid, inquit, iucundius auribus nostris vñq; accidit huius oratione Catuli? quę est pura sic, vt latine loqui pene solus videatur: sic autem grauis, vt in singulari dignitate omnis tamē adsit humanitas ac lepos. Quid multas istum audiēs equidem sic iudicare soles, quicquid aut addideris aut mutaueris aut detraxeris, vitiōsius & deterius futurum. Statim Luculli) Hi si fuerunt L. & M. Luculli, tum erant admodum adolescentes. Quū prætextatus etiam tum Archias esset) id est cum togam virilem nōdum sumpsisset. Ea autē Ro. Toga vi mæ sumebat ut anno ætatis xvi. vel xvii. Sed quum ex pueris multo ante Artilis. chias excessisset, pueritia autem ad annum xviii. duraret, morem Romanum non seruauit, sed eum admodum adolescentem Cicero significat, vt eum tantum propter ingenium & doctrinam in Lucullorum domum receptum esse ostenderet. Iucundus) id est gratius) & vt vulgo dicunt delectabilis & placēs, Iucundus. vt paulo post, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit. A iuuando iucundum appellatum esse Cicero scribit in libro de Finibus secundo. Iuuare autem delectare est. Q. Metello illi Numidico) Q. Cæcilius Metellus cognominatus est Numidicus, quod Consul duobus præliis Iugurtham fuderit, vniuersamq; Numidiam vastauerit. Hunc autem Lucullorum fuisse auunculum Plutarchus in eorum vita scribit. Et eius Pio filio) Q. Metellus tellus Numidici filius cognominatus est Pius, q; precibus & lachrymis tādem Numidico impetrauerit, vt ab exilio pater reuocaretur.

Audiebatur a M. Aemilio: vivēbat cum Q. Catulo, & patre & filio: a L. Crasso colebatur: Lucullo vero & Drusum, & Octauios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum deuinctam cōsuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, q; eum non solum colebant qui aliquid percipere aut audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant. Interim

F. SYLVIVS IN ORAT.

satis lōgo interuallo,cum esset cum L.Lucullo in Sīciliā profectus:& cum ex ea prouincia cum eodē Lucullo decederet, venit Heracleā.que cum esset ciuitas æquissimo iure ac foedere, ascribi se in eam ciuitatē voluit.Idq; cum ipse per se dignus putaretur,tū autoritate & gratia Luculli ab Heraclie sibus impetravit. Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si qui foederatis ciuitatibus ascripti fuissent:si tum cum lex rebatur,in Italīa domiciliū habuissent:& si LX diebus apud Prætorē essent professi.Cum hīc domiciliū Romę multos īāños haberet,professus est apud Prætorē Q.Metellū familia rissimum suū.Si nihil aliud,nisi de ciuitate ac lege dīcimus, nihil dico amplius,causa dīcta est.Quid enim horū infirmari Gracche potest?Heracleę ne esse eum ascriptū negabis? ad est vir summa authoritate & religione & fide,L.Lucullus,qui se non opinari,sed scire:non audiuisse,sed vidisse:non interfuisse,sed egisse dicit. Adsunt Heraclenses Legati nobilissimi homines,huīus iudicii causa,cum mādatis & cum publico testimoniō venerunt,qui eum ascriptum Heraclensem dicunt.

Tabulari Hic tu tabulas desideras Heraclensiū publicas,quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes.Est ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere,querere quæ habere nō possumus,& de hominū memorī tacere,literarū memorī flagitare:& cū habeas amplissimī virī religiōne,integerrimī municipiī iusitū fidēq; ea q̄ depravari nullo modo possunt, repudiare:tabulas,quas idē dīcis solere corrumpi,desiderare.

A M.Æmilio) Scauro. A L.Crasso) oratore,quē Cicero in libris de Oratore disputare facit. Drusum) vel Liutum Drusum intelligit,qui tempore belli Cimbrici Sardiscos in Thracia COS.vicit,vel Drusum:um qui aliquanto post Trib.Pi.in vestibulo domus sue interemptus est,de quo in Milonianā scripsit.  
Cn.Octavius:nisi Drusos vt in aliqbus codicibus est,vt Octauium non Octauios legere mauis.Fuit aut̄ Cn.Octauius is qui COS.C.Cinnā Collegam leges pernici

ciosas molientem ex vrbe expulit, a quo in bello ciuii victore cum omnibus  
suę partis nobilibus occisus est, vt est apud T. Litiū lib. lxxx. Catonē Hunc  
M. Catonis eius qui se postea Vtice occidit, patre fuisse arbitror. Interim) i.  
postea, qua in re dicitur rarissime. Satis lōgo interuallo) i. satis longo tēpore  
post. In Siciliam profectus) L. Lucullus Qūestor Asiā, Pr̄etor Siciliā, COS.  
Asiam obtinuit, cū eo in has prouincias Archias profectus est. Heracleā) Hoc Heraclea.  
nomine vrbes multe fuerūt. Hęc autē in Italia, in sinu Tarētinofuit, ea autem  
fuit primū Troia, sed procedētētēpore inductis colonis Tarētinis Heraclea apa  
pellata est. Autor est Strabo lib. vi. Aequissimo iure) i. libera foedere æquis  
fimo. Ascribi &c.) i. huius ciuitatis ciuiis fieri voluit. Ascribere ciuitati, in'ci-  
uitate & in ciuitate dīci ex his que proxime sequuntur attēde. Data est ciuitas) Ascriberē  
i. quū in Heraclēsem ciuitatē ascriptus est, factus est ciuiis Romanus lege Sylla ciuitatem  
ni & Carbonis. Syllani lege & Carbonis) Significat Syllanū & Carbonē Coss. & in ciui  
ex Senatuscōsulto hanc legē tulisse. Hī aut qui fuerint mihi plane cognitū nō  
est. Fuerūt qđē Papyrius Carbo & M. Iunius Syllanus Coss. in'initio belli Cim  
brici: quoq; vterq; cū Cimbris infeliciter pugnauit, vt est apud Litiū librīs lxiii.  
& lxv. sed Rōmā nondū venerat Archias. postea alius Carbo bis Cos. fuit: pri  
mū cum Cinna, iterū cum C. Marii filio. Foederatis) Foederatos dīcimus non Confœde  
cōfoederatos, vt ciues non cōciues. Essent professi) i. nomina sua inscribi ius ratus non  
sūlent. Multos iā annos) in codicib; aliis scriptū est, Multos iā ante annos. Quę  
lectio magis placet. Dicta) i. defensa, vt reū causā dicere dici solet. M. Lucul  
lus) L. Lucullus poti⁹ legi debet, vt facile cognitū est. Tabulas publicas) i. vt  
ita dīcā, registrū publicū, vbi ascriptorum ciuium noīa scripta sunt. Italico bel  
lo) de eo vide L. Fiorū, de quo eodē alio in loco scripsim⁹. Tabulario) i. loco eo Tabularis  
vbi tabulę publicę assertiabātur, vt scribit Plutarch. in Problematis, tēplū Sa- um.  
turni Romę appellatū esse tabulariū, quod in eo nō solū erariū, sed etiā tabulę  
publicę asseruarēt. Amplissimi viri) L. Luculli. Religionē) i. iustiurādū & testi  
moniū: Iurat⁹ em̄ testis dicebat testimoniu. Integerrimi municipiū) Heracleę.

At domiciliū Romæ non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem  
datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum  
Romæ collocauit. At non est professus: immo vero his tabu  
lis professus, quae solæ ex illa professione collegioq; Pr̄etorū  
obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cū Ap  
pī tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur: Gabiniū, qđiū  
incolumis fuit, leuitas, post damnationē, calamitas, omnē ta  
bularū fidem resignasset: Metellus homo sanctissimus mo  
destissimusq; omnium, tanta diligentia fuit, vt ad Lentulum

## L.S Y L V I V S IN ORAT.

Prætorem & ad Iudices venerit, & vnus nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Liciniū videtis. Quæ cum ita sint, quid est quod de eius ciuitate dubitetis? præfertim cum aliis quoq[ue] in ciuitatibus fuerit adscriptus. Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte prædictis gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebatur, Rheygnos, credo, aut Locenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenii prædicto gloria noluisse? Quid? cum cæteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt: hic qui nec vtitur quidē illis, in quibus est scripturus, q[uod] semper se Heraciensem ciuem esse voluit, reiicitur? Census nostros requiris, scilicet. Est enim obscurum proximis Censoribus, huc cum clarissimo Imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem Quæstore fuisse in Asia: primis Iulio & Crasso, nullam populi partem esse censam.

**Domiciliū** At domicilium) Quid si legas an domicilium. Est autem domicilium dominus possessio in ea ciuitate vnde ciuis sis, in qua domo saepius commorere. vt colligere licet ex libro Digestorum. 50. Ad Municipalem & de incolis. Sed omniū rerū &c.) id est constituit vivere & mori Romæ, eumq[ue] sibi locum delegit, vbi vitam reliquam exigeret. Nam quā Appii tabulæ Appius & Gabinius tum Praetores erant, quum Archias professus est. Negligentius asseruatæ) & ideo multi clam irrepserint, id est nomina sua furtim inscripsissent.

Incolumis) id est in iudicium non vocatus. Post damnationē calamitas) Hæc causa quæ fuerit legere non memini. Fuit quidem a P. Sylla Gabinius accusatus ambitus, sed absolutus: postea eidem accusatum quod Ptolemæum in regnum reduxisset, Cicero defendit: quod autē tū damnatus fuerit, id ad hanc causam nihil pertinet. Calamitatem rei damnati saepe appellat Cicero. Resignasset), i.e. vulgasset & sustulisset, nec iis tabulis villa fides habere. Metellus) is est, vt arbitror Q. Metellus, apud quem Prætorem Archias professus est. Cuius tabulæ quis diligenter asseruatæ fuisse, in iis tamen unius nominis litura inuenta est, qua se commotum esse dixit. Sed in Archias nomine

nulla litura erat. Etenim quum mediocribus) Argumento a minore ad maius docet Archiam a Rheygnis, Locrensis, Neapolitanis, Tarentinis in ciuitatem ascriptum esse. In Graecia id est in magna Graecia, quae in Italia est. In qua sunt haec ciuitates. Scenicis id est vilius & abiectis. Quid cum ceteri Heracensem ciuem Archiam ex eo probat, quod aliis ciuitatibus in quas ascriptus fuerat ut noluerit. Post ciuitatem data Italicas populis, ut arbitror, quibus a Senatu data est, ut ait T. Luivius lib. 8o. Post legem Papiam) Lex Papia vrbis vsu peregrinos prohibebat. De qua Cicero in libro de Officiis. Male, inquit, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq; exterminant: vt Petronius apud patres nostros fecit, Papius nuper. Nam vrbis vsu prohibere peregrinos sane inhumanum est. In eorum municipiorum) Rheygnorū &c. In tabulas irrepserunt id est in eorum tabulis nomina sua furtim inscripsierunt, aut inscribenda curauerunt. Census nostros requiris id est a Censorebus Archiam censem esse negas. Solebant enim Censores quinto quoq; anno ciues Romanos censere. Soli autem ciues censebantur. Itaq; censi seruos fieri liberos Cicero dicit in Topicis. Si igitur census non fuit Archias, inquit Gracchus, non est ciuis. Scilicet ironia est. Est enim obscurum) in ironia persistit, tanq; dicat nemini ignotum est. Proximis id est nouissimis, qui proxime post Rom. censuerunt. Apud exercitum) In Asia, in bello Mithridatico. Superioribus id est iis qui ante proximos fuerunt. Hoc ex loco probari potest Censuram aetate Ciceronis quinquennalem fuisse, quod alio loco diximus. Nam si quinto quoq; anno censebatur pop. Ro. & proximi Censores & superiores, & primi censuerunt, Censura quinquennialis erat, vel saepius q; quinto quoq; anno populus Ro. censebatur. In Asia) In bello Mithridatico. In eo enim bello cum Sylla Lucullum fuisse Appianus scribit in Mithridatico. Primis) Censoribus, qui fuerunt primi Censores post datā Archie ciuitatē. Nullam partem populi id est nullum populi Ro. censem factum esse.

Lex Papia

Irrepere in  
tabulas.  
Census ra-  
tio.

Sed quoniam census non ius ciuitatis confirmat ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue iis temporibus t; quae tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio in ciuium Romanorum iure esse versatum, & testamentum saepe fecit nostris legibus, & adiit haereditates ciuium Romanorum, & in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo Pretore & Consule. Quere argumeta, si qua potes, nūq; enim hic neq; suo, neq; amicorum iudicio reuincetur. Quae res a nobis Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitum

Census

Tquibus

Reuincti

## L.SYLVIVS IN ORAT:

reficiatur & aures conuicio defessę conquiescāt. An tu existimās , aut suppetere nobis posse , quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum , nīsi animos nostros doctrinā excolam⁹: aut ferre animos tantam posse contentionem , nīsi eos doctrinā eadem relaxemus ? Ego vero fateor me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si quī ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neq; ad communem afferre fructum, neq; in aspectum lucemq; proferre. Me autem quid pudeat: quī tot annos ita viuo iudices , vt ab illis nullo me vñq; tempore, aut commodum, aut ocium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut deniq; somnus retardarit? Quare q̄s tamē me reprehendat: aut quis mihi iure succenseat: si quātū cæteris ad suas res obeundas , quantū ad festos dies ludorum celebrandos, quātum ad alias voluptates & ad ipsam requiē animi & corporis conceditur temporis, quātum alii trībuūt intempestiis conuiuiis, quantum deniq; aleæ, quātum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero .

**Gerere se pro ciue.** Gessisse pro ciue) Gerere se pro ciue dicitur is qui iure ciuitatis vñtitur: siue ciuis sit, siue non sit. Quæ tu criminaris) Sincera magis lectio videt, si quibus non quæ scribatur. Ipsius) Archig. Testamentū fecit) Illis tribus probat Archiam in iure ciuiū Ro. versatū esse, testamentū in actione, legibus Ro. hæreditatū ciuiū Ro. aditione, & in beneficiis ad æteriū delatione, quæ suis ciuib⁹ Ro. libebat. Nostris legibus) Apud Romanos veteres duo testamentorū genera erāt quoniam altero in pace & ocio vtebātur, qđ calatis comitijs appellabāt. Altero quātū in prœlii exiturie sent, quod procinctū dicebatur, vt est in libro Institutionum Iustiniani.2. titulo de testamentis ordinādis. Libro Digesto. 28. titulus est De Testamētis, & qui testamēta facere possunt, & quād modum testamenta fiant.

**Testamētorum libertas.** Adiit hæreditates) Tum enim testamētoꝝ libertas erat. i. libebat quēuis siue propinquum siue alienū modo ciuiis esset hæredē facere. In beneficiis &c.) In beneficiis ad æteriū delati dicuntur si qui ciues Romani ex æterio publico beneficij aliquod accipiūt, propterea qđ in bello rē fortiter gesserūt, vt ex Imperatoris testimonio cognitū est. Quoties a nobis) Hoc loco ingreditur, vt poetica arte comēdet. Conuicio) i. maledicto petulatiōre. Est enim maledictū id quod ab accusatore obijcitur reo, pr̄ter crimē quod cause propriū est, qđ nihil habet

propositi præter cōtumeliā: id si petulantius iactatur, cōuicū: si facetius, vrbani-  
tas nominatur, vt ait Cicero pro Cēlio. Cicero aut̄ defendere solebat nō accusa-  
re, in quē etiā huiusmodi cōuicia coniūciebātur. Ego vero fateor) Quia Cōsu-  
laris viri grauitate indignū videatur nōnullis esse poetica studia repeteret, eaq̄  
studia vident̄ esse leuiora ipso quoq; Ciceronis testimonio. Cuiusverba sunt ex  
libro de Claris Oratoribus, In leuiorū, inqt, artū studio memoriae proditū est,  
poetas nobiles poetarū æqualiū morte dolū: se. id tñ sibi turpe nō esse ostēdit  
Cicero, qđ ex his fructū percipiat, qđ ijs tēpora negotiis debita nō accōmodet.

Literis abdiderūt), i.literis in secessu se dediderūt, vt ap̄ Horatiū in Epistolis,  
Veianiū armis Herculis ad postū fixis latet abditus agro. Secessus enim studia  
amat. Itaq; Demosthenes, vt ait Quintilianus lib. x, in locū, ex quo exaudiri  
nulla vox, nihilq; prospici posset, se cōdebat. Quid si legas, ita se a literis abdi-  
derūt. i.remouerūt, Quę lectio mihi coherere magis videt cū eo qđ de se post-  
ea Cicero dicit. Vt a nullius me, In codicibus alīs scirptū inuenio, vt ab illis  
nullo &c, quę lectio magis placet. Ad suas res obēidas). i.ad sua cōmoda. Nea-  
gat enim Cicero se aut cōmodo suo, aut ocio, aut voluptate, aut sopno a studiis  
poeticis retractū aut retardatū. Itaq; se nō reprehēdēdū, si qđ tēpus alijs aut cō-  
modis suis, aut ocio, aut voluptatibus, aut sopno cōcedēt, id ipse studijs poeticis  
impertiat. Ad ipsam requiē inimi & corporis), i.ad sopnū. Requiē) Di-  
cimus etiā requietē, vt in libro Tusculanarū Questionū. v. Sopnū deniq; nobis  
nisi requietē corporis & medicinā quādā laboris afferret, contra naturā puta-  
remus datū. Aufert enim sensus, actionēq; tollit omne. Tempestiuſ) Tēpe-  
stiuia conuiua quę sint, in Catonē Maiorem Ciceronis scripsimus. Hoc tamē  
loco sunt qui legant intempestiuſ, quę lectio mihi videtur melior. Intempe-  
stiua enim conuiua sunt immoderata, quę ad voluptatem non ad valetudinē  
fiant, in quib; nīmū temporis propter epularum luxuriam consumitū.

Recolenda) id est repetenda & refumenda & retractanda.

Atq; hoc ideo mihi concedendū est magis, quod ex his stu-  
diis, hæc quoq; t̄ censetur oratio & facultas: quę quantacūq; t̄ crescit  
in me est, nunq; amicorum periculis defuit. Quę si cui le-  
uior videtur, illa quidem certe, quę summa sunt, ex quo fon-  
te hauriam sentio. Nam nisi multorum præceptis multisq;  
literis mihi ab adolescentia suasissim, nihil esse in vita ma-  
gnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem: in ea  
autē persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula  
mortis atq; exiliī parui esse ducenda, nunq; me pro salute  
vestra in tot ac tantas dīmicationes, atq; in hos profligatoriū

Poetice  
rei studiū.  
Studiorū  
secessus.

Requiē &  
Requietē  
dicimus.

## F. SYLVIVS IN ORAT.

homínū quotídianos ímpetus obiecíssim. Sed plení omnes sunt libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorū vetustas: quæ iácerent in tenebris omnia, nísi literarum lumen accede ret. **Q**z multas nobis ímagínes, non solum ad íntuendum, verum etiam ad ímitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores & Græci & Latini reliquerunt: quas ego mihi semper in administranda república proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione homínū excellentium con formabam. Quæret quispiam, quid illi ipsi summī viri, quorum virtutes literis proditæ sunt, ista ne doctrina, quam tu laudib⁹ effers, erudití fuerunt:

Hec quoq; crescit) In aliis codicibus censetur non crescit scriptū est. Quo etiā modo legit Budæus in annotationibus in Pandectas, exponitq; censetur, id est precium & estimationem meretur, & in primis laudatur. Vt trahuis sequere lectionem. Facultas dicendi) Quintilianus lib. i. scribens quantum lectio poetarū proposit oratori futuro. Deniq; inquit, credamus summis oratoribus, qui veterū poemata vel ad fidem cauſarū vel ad ornamenti eloquentiae assumunt. Nam præcipue quidē apud Ciceronē, frequenter tamen apud Afiniū etiam & cæteros qui sunt proximi vidimus Enniū, Actii, Pacuvii, Lucilii, Terentii, Cæciliū & aliorum inseri versus, summa non eruditio modo gratia, sed etiā fucunditas, quum poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent: quibus accedit non mediocris utilitas, quum sententiis eorum velut quibusdam testimoniis que proposuere cōfirmant. Que si cui leuior videtur) Ex poetarum aliorumq; authorū lectione docet homines excitari ad ea que sunt maxime extendā, id est ad laudem & honestatem. Itaq; si cui dicendi facultas videatur leuior, que studiis poeticis crescit, ideoq; studia poetica parui ducat, necesse est eius laus & honestas. i. gloria videatur nō grauior, ad quā studiis literarū excitātur homines. Que dicendi facultas non mea quidē, sed ipsa in genere. Illa quæ summa sunt) id est laudē & honestatē. Multisq; literis) Quis de poeticis literis præcipue dicat, cōmūnē tamē locum de literarū utilitate tractat. Expetendum) Expetimus enim cum ratione, sine qua appetimus. Itaq; honesta expetimus potius q; appetimus. Persequenda) id est inquirenda & inuenienda. Inter tot ac tantas dimicationes) cum Catilina & coiuratis. Profligatorum hominū) id est perditionū vt Clodii, Pisonis, Gabinii. Sed pleni omnes sunt libri) id est nihil aliud fere in librī est, nihil aliud sapientes loquuntur, innumerabiliā sunt veterum exempla gloriam præ cæteris rebus expetendam esse, in qua persequēda omnes corporis cruciatus, id est omnes labores doloresq; omnia

péricula mortis atq; exiliij contemnenda sunt. In tenebris id est in hominū obliuione. Nisi literarum lumen accederet id est nisi illustrata literis essent. Accéderet potius legendum puto q; accederet, quo modo in omnibus codicibus inuenio scriptum. Nam accendere lumen dicimus. Ennius vt est apud Ciceronem libro de Officijs primo, Homo qui erranti comiter monstrat viam, quasi de suo lumine lumen accendat, facit vt nihilominus sibi luceat, quum accenderit: Lumen accédere pro illustrare, & quod vulgo dicunt, illuminari díci non arbitror. Imagines id est exempla. Non solum an intuendū a vulgi cōsuetudine hac etiam in re abhorre debemus. Existimat enim vulgus expressas imagines ad intuendū positas esse. Nos autem eas quę etiam a scriptoribus reliq; sunt non solum intueri, sed etiam imitari debemus. Isq; studiorum fructus eisē debeat, vt quę honeste facta legimus, ea imitari studeamus. Expressas id est veras, & vt ita dicā ad viuum scribendas, tāq; p̄ctas: vt paulo p̄st, Mithridaticū vero bellū magnū atq; difficile, & in multa varietate terra mari. q; versatū, totū ab hoc exprellum est. Et pro M. Cælio de Catilina, Habuit ille sicuti meminiſſe vos arbitror, permulta maximarū nō expressa signa, sed adūbrata virtutū. Ipsa cogitatione hominū excellētiū). i.cogitādo de hominib; excellētibus. Virtutes). i.res gestę & fortiafacta. Virtus em p̄prie fortitudo est.

Accendere lumen,

Statuæ cur positiæ.

Studiorū fructus.

Exprimere.

Difficile est hoc de omnibus cōfirmare, sed tamē est certum quid respōdeā. Ego multos homines excellenti animo ac virute fuisse & sine doctrinā naturæ ipsius habitu prope diuinō, per seipſos & moderatos & graues extitisse fateor: etiam illud adiūgo, ſepiū ad laudē atq; virtutē, naturā sine doctrinā, q; sine natura valuissē doctrinā: atq; idē cōtēdo, cum ad naturā eximiam atq; illustrē accesserit ratio quedā cōfirmatio- q; doctrinę, tū illud nescio quid p̄clarū ac ſingulare ſolere existere. Ex hoc eſſe hūc numero, quę patres noſtri viderunt, diuinū hominē Africanū, ex hoc Caium Lelium, Luciū Furiū modestissimos homines & cōtinētissimos: ex hoc fortissimū virū & illis tēporibus doctissimū Catonē illū ſenē, qui profecto ſi nihil ad percipiēdā colendāq; virtutē literis adiuuarentur, nūq; ſe ad earū studiū contuliffent. Qz ſi non hīc tantus fructus oſtenderetur, & ex his ſtudiis delectatio ſola p̄teretur: tamē, vt opinor, hanc animaduertionē humanissimā

Doctrina  
an natura  
plus poſſit.Philosophia  
ſtudia quid  
conferant.

ac liberalissimam iudicaretis. Nam cæteræ res neq; temporum sunt, neq; ætatum omniū, neq; locorum. Hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant aduersis profugium ac solatium præbent, delectat domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc neque attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, vt Rosci morte nuper non commoueretur?

Idem) id est ego idem. Existere) id est apparere, emergere, altius extolliri.

Africanū) Minorem. Africanum & Lælium audiuisse Panetium stoicū Cicero dicit pro Lucio Murena. Hi non in philosophia solum, sed etiam in ratione dicendi valuerunt. De Africani eloquentia Cicero in primo de Officiis.

**Africanī Minoris eloquētia.** Quidam, inquit, ad eas laudes, quas a patribus accepertunt, etiam suam addūt. Ut hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui quum bellī laude non inferior fuisset q; pater, ad eam laudem, doctrinę & ingenij gloriam adiecit. Idem in libro de clariis Oratoribus dicēdi laudem in Lælio, quam in Scipione dicit fuisse illustris rem. Hic Caius Lælius sapiens cognominatus est. Lucium Furium) L. Furius Philus.

**L. Furius** C. Lælij eloquētia. Philus. Ait de claris Oratoribus. Eum in libris de republica disputationem fecit Cicero, vt iustitiam accurata oratione vituperaret, vt eam Scipio laudaret. Quod idem antea fecisse Glauconem Plato in libro de Republica secundo, induxit, vt ad eam laudandam Socratem excitaret. Illis temporibus doctissimum) Cicero de claris Oratoribus de Catone scribens, Quis, inquit, illo grauior in laudando, acerbior in vituperando, in sententiis argutior, in docendo differendoq; subtilior? Refertur sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidē adhuc inuenierim & legerim, & verbis & rebus illustribus. Licet ex his eligant ea quæ notatione & laude digna sint, omnes oratores virtutes in ijs reperiuntur. Nam vero Origines eius, quæ florem, aut quod lumen eloquentiae non habent? Idem paulo post de eodem, Antiquior est huius sermo, & quædam horridiora verba. ita enim tum loquebantur. Animaduersionem) id est animi Poeticorū attentionem, & poetarum lectionem. Hæc studia poeticā sunt studiorum ætatum omniū, nam adolescentiam agunt, senectutem oblectant. Sunt temporum omnium, nam secundas res ornant, aduersis profugium ac solatium præbent. Sunt locorum omnium: nam delectant domi &c. Quintilianus libro primo grammaticam diuidit in duas partes, in recte loquendi scientiam, &

**Catoni Maioris eloquētia.** Cicero de claris Oratoribus de Catone scribens, Quis, inquit, illo grauior in laudando, acerbior in vituperando, in sententiis argutior, in docendo differendoq; subtilior? Refertur sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidē adhuc inuenierim & legerim, & verbis & rebus illustribus. Licet ex his eligant ea quæ notatione & laude digna sint, omnes oratores virtutes in ijs reperiuntur. Nam vero Origines eius, quæ florem, aut quod lumen eloquentiae non habent? Idem paulo post de eodem, Antiquior est huius sermo, & quædam horridiora verba. ita enim tum loquebantur. Animaduersionem) id est animi

Poeticorū attentionem, & poetarum lectionem. Hæc studia poeticā sunt studiorum ætatum omniū, nam adolescentiam agunt, senectutem oblectant. Sunt temporum omnium, nam secundas res ornant, aduersis profugium ac solatium præbent. Sunt locorum omnium: nam delectant domi &c. Quintilianus libro primo grammaticam diuidit in duas partes, in recte loquendi scientiam, &

utilitas.

poetarum enarrationem, quæ plus habet in recessu, q̄ fronte promittat. Quo minus, inquit, sunt ferendi. qui hanc artem vt tenuem ac ieiunam cauillantur, quæ nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola omni studiorū genere plus habet operis q̄ ostentationis. Agūt) id est ducunt & conformant. Quod si ipsi hæc Argumento a minori ad maius probat Archiam non negligendum. Hæc studia literarum. Sensu nostro gustare) id est percipere. Frequens enim translatio a gustatu ad animū. Gustare. Ut sapere, quum proprie gustatus sit, ad animum transfertur. Commouere. Comoueri tur) id est doleret, vt in libro de Amicitia moueri dicit. Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, q̄ id recte faciam, viderint sapientes. Sed certe mentiar. Moueor enim tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vñq̄ erit: & vt confirmare possum, nemo certe fuit.

Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem Rosciū  
artem ac venustatem, videbatur omnino mori nō debuisse. histrioniā  
Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a mors.  
nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritas  
temp̄ ingeniorum negligemus! Quoties ego hūc Archiam  
vidi iudices, (vtar enim vestra benignitate, quoniam me in  
hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties  
ego hunc vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum nu Literam  
merum optimorum versuum de his ipsis rebus, quę tum age scripsisset  
dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem nullam.  
dicere commutatis verbis atq; sententiis? quę vero accurate  
cogitateq; scripsisset, ea sic vidi probari, vt ad veterum scri Cogitate  
ptorum laudem peruenirent. hunc ego non diligam? non aduerbiū  
admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic Poetam  
a summis hominibus eruditissimisq; accepimus, ceterarum  
rerum studia & doctrina & preceptis & arte constare: poe  
tam natura ipsa valete, & mentis viribus excitari, & quasi  
diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille  
Ennius sanctos appellat poetas, q; quasi deorum aliquo do  
no atq; munere commendati nobis esse videantur. Sacerdos eē  
poetas.

## F. SYLVII IN ORAT.

- Roscius  
histrionis.** *Venustatem artis scilicet ne ad corporis speciem referas. Huc enim Rosciū oculis fuisse peruersissimis Cicero libro de Natura Deorum primo scribit. Cuius verba sunt illa de artis venustate ex libro de Oratore primo, Ut ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudem dirigamus, videtis ne quam nihil ab eo nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate fiat, nisi ita ut deceat & ut omnes moueat atque deleat. Itaque hoc iamdiu est consecutus, ut in quo Conciliare quicquid artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. C. Cæsar orator, amorem, o ut idem libro secundo ait, se dicebat solere saepe mirati eorum impudentiam, dia & inuis qui agerent in scena gestum spectante Roscio. Quis enim, inquit, sese comediam, & cō mouere potest, cuius ille virtus non videatur? Amorem conciliarat) etiam conciliare ab ciliare odia dicimus. Quintilianus libro quinto, Sunt que utiles ad conciliandum iis, quos inuis facere volueris, odium. Ut amorem conciliarat a nobis illum. Cicero, ita T. Liuius libro. xxxix. inuidiam apud fratrem conciliare dicit. Omnis mentio Romanorum quantā dignitate ei apud ceteros Macedonas, tantam inuidiam non apud fratrem modo, sed etiam apud patrem conciliabat. Tam diligenter attenditis) Quum attente auditores audiunt, id quod dicimus, eos quodammodo attentiores reddimus. Quum literam scriptisset nullam) id est quum nihil omnino scriptisset ex iis, que ex tempore dicebat. Archiam enim commendat, quod ex tempore versus faciat. Hanc dicendi ex tempore facultatem, ut ait Quintilianus libro decimo, non in profa modo multi sunt consecuti, sed etiam in carmine, ut Antipater Sydonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni est: non quia nostris quoque temporibus non & fecerint quidam hoc, & faciant. Haec ille. Ouidii de se illud est libro Tristium quarto, Sponte sua carmine numeros veniebat ad aptos, Et quod tentabam scribere, versus erat. Literam nullam) id saepe Cicero dicit, quum nihil omnino scriptum significat. Ut actione in Verrem tertia, Ut Romam rediit, nullam literam pupillo, nulla matri eius, nullam tutoribus reddidit. Et pro A. Cluentio, In quibus tabellis, de furto litera nulla inuenitur (Magnum numerum) Commendatio Archiae est a versuum multitudine & bonitate. Quae tum agerentur) Hoc dicit, ne antea facti & præmeditati versus viderentur, Reuocatum) id est postulatum ut iterum dicereret. Ea in re reuocare saepe dicitur. Plinius Iunior Macro, Memini quandam ex amicis, quum lector quartum pronuntiasset perperam, reuocasse, & repeti coegisse. Huic auunculum meum dixisse, intellexeras? Nempe quum ille annuisset Cur ergo reuocabas? T. Liuius libro septimo, Liuius post aliquot annos, qui a satyris aulus est primus argumento fabulam facere, idem scilicet, id quod tum omnes erant, suorum carminum actor dicitur. Quum sepius reuocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem statuisse, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vsus impediebat. Cicero libro Tuscul. Quartus, Itaque non sine causa quum Orestem fabulam diceret Euripides, primos tres versus reuocasse dicitur Socrates. Commutatis verbis) id est non isdem verbis, ut nihil ante scriptisse eum ostendat. Ceterarum rerum studia) Illud*

Vulgo dicitur solet poetam nasci oratorem fieri. Id est significat Cicero in libro Poeta nam de finibus quarto. Si ingenii magnis, inquit, prediti quidam dicendi copiam scitur. sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior quam natura. Aliud est enim poetarum more verba fundere, aliud ea quae dicas ratione & arte distingue re. Id est in libro Tusculano. quod primo, poetam graue pleniusq; carmen sine cælo. Poetarum sti aliquo mentis instinctu fundere non putat. Plato in Ione, qui liber de furor. furore poetico est. Omnes, inquit, poetæ insignes, non a te, sed diuino afflato omnia ista præclara poemata canunt. aliaque multa in hac scribit sententiam. Idem in libro de Republica secundo poetas deorum filios esse dicit.

Sit igitur Iudicium sanctum apud vos humanissimos homines  
hoc poetæ nomen, quod nulla vñq; barbaria violauit. Sæxa &  
solitudines vocem respondent: bestiæ sæpe immanes cantu fle  
etuntur atq; consistunt: nos instituti rebus optimis non poeta  
rum voce moueamur. Homerū Colophonii ciuitate esse dicunt suum, Chii suū vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnei vero suum esse confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt. permulti alii præterea pugnant inter se atq; contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui & voluntate & legibus noster est, repudiabimus: presertim cum emne olim studium atq; ingenium cotulerit Archias ad populi Rom. gloriam laudemque celebrandam. nam & Cimbricas res adolescentes attigit: & ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quisque est tam auersus a musis, qui non manu Auerus & dari versibus æternum suorum laborum facile præconiū patiatur. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse musis.  
aiunt: cum ex eo quereretur, quod acroama, aut cuius vocem Themisto libetissime audiret: eius a quo sua virtus optime prædicatur. Itaque ille Marius iterum eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio Plotius nō putabat ea, que gesserat posse celebrari. Mithridaticum clis respōsum.  
vero bellum magnū atque difficile, & in multa varietate terra Mario dicitur. mariquæ versatum, totum ab hoc expressum est.

## F.SYLVIVS IN ORAT.

- Sancum quid sit.** Sit sanctū apud vos), i. sentētiis vestris nē violetis. Sanctū em̄ Martian⁹ Iurisc. libro Digestorū primo, de rerū diuisione, id esse dicit, quod ab intu-  
ria hoīm defensū atq; munitū est. Inde sanctas leges & sanctos viros dici-  
mus. Nulla barbaria) id nulli Barbari. Est aut̄ intellectio. Solitudines) nō  
quidē oēs, sed in quib⁹ syluae sunt, aut vt ita dicā, cōcauitates aut asperi mo-  
tes. Quī em̄ vox in aliquid solidū vehemētius impulsā est, nō dissipat, sed  
eadē repcutit, nostrisq; auribus reddit, vt ait Aristoteles libro Problematis  
xi. Ea vox Echo dicit. Stoici dicit vocē quū in lēues locos incidit i modū  
pile in parietē adacte repcutit, vt ait Plutarchus in lib. de placitis Philo-  
sophorū. 4. Voce) i. per Echo. Bestiē sēpe immanes Non bestiē solū, sed  
etī aues, inde illud est, Fistula dulce canit, volucrē dū decipit auceps. Ho-  
merū Colophonij) De Homeri patria q̄ fuerit, incertū fuisse est ap̄d A. Gel-  
lū cap. II. lib. tertii. vbi tñ i grēcis versib⁹ τοις legi, χιοις legi debeat, hic Cice-  
ronis loc⁹ documēto est. Plutarch⁹ quoq; in vita Sertorii Homerū in vrbe  
Chio natū, & Smyrnę mortuū scribit. Author est Priscian⁹ libro 2. vti Chi⁹  
primitiū primā syllabā breuē habeat. Eusebinius libro de euāgelica ppara-  
tione quinto, scribit Apollinē Delphicū ab Homero de morte sua interro-  
gatū respōdisse, vt patriā quereret. Hūc em̄ mater ei nō pater dedit. Delu-  
bris ei⁹) Homerū em̄ fore deū Apollo putauit, vt eodē in loco scribit Euse-  
bius. Permulti alii) vt Rhodii, Salaminii, Arguii, Athenenses, & vt ait  
Plutarch⁹ in ei⁹ vita Cumēi. Alienū) Oēs em̄ hē vrbes Homerī patria es-  
se nō potuerūt. Legib⁹ Syllani & Carbonis. Qui durior ad hēc studia vi-  
**C. Marius debat**) Apud Sallustiū in bello Iugurthino de se C. Marius. Nō sunt, inq̄  
ineloquēs cōposita verba mea. parui id facio. Ipsa se virtus fatis ostēdit. Illis artificio  
opus est, vt turpia facta oratione tegat. Neq; literas Grēcas didici, parū pla-  
cebat eas discere. quippe quē ad virtutē doctorib⁹ nihil p̄fuerat. Ad hēc  
**Acroama.** studia) Nā grēce tantū Archias scripsit. Quod acroama). i. quod dictū, quā  
vocē. Cor. Nepos in vita T. Pōponi Attici, Nemo in conuiuio eius alius  
acroama audiuit, q̄ anagnosten, quod nos quidē iucūdissimū arbitramur.  
neq; ynq̄ sine aliqua lectiōe apud eū coenatū est, vt nō minus animo q̄ vē-  
tre cōuiuē delectarent. Cicero in actione in Verrē. 6. Hic quasi festiūlū acro-  
ma, nesine corollario de cōuiuio discederet, ibidē cōuiuīs inspectatib⁹ em-  
blemata auellēda curauit. Eximie dilexit) Hoc loco attende diligere esse  
etī vehemēter amare, ne illud credas obseruādū ppetuo, qđ grāmatici p̄ci  
piūt diligim⁹ pleniter, amam⁹ vehemēter, colim⁹ cū veneratiōe. Alibi quoq;  
hui⁹ verbi vim. Cicero expressit, vt p P. Sestio. Meipsum p sūma familiarit-  
ate, quē cū fratre mihi, vel cū patre eius erat, vnicē diligebat. In primo de  
Officiis, Ei plurimū tribuamus, a quo plurimū diligimur. Et libro secundo,  
Vxorem Theben admodū diligēret. Pro L. Flacco, Venio nūc ad eā ciuita-  
tē, in quā ego multa & magna officia cōtuli, & quā meus frater. in primis  
eolit atq; diligit. Libro Epistolarū Familiariū 13. Me a te in primis coepit  
esse obseruari, coli, diligi. Itemq; Meq; p̄ceteris & colit & obseruat & dile-

git. Verū in his omnibꝫ adiecta aduerbia & cetera significationē augēt. Belū magnū & difficile) id quoqꝫ tractat Cicero p lege Manilia,& p L. Murena. In multa varietate) Quis s̄pī vinceret Lucull⁹ Mithridatē, nōn q̄ tñ vincebat, vt ad Cabiras eq̄st̄ plio, eiusqꝫ Legat⁹ Triarius a Mithridate vicit⁹ est. Expressum), i.carmine descriptū, & velut sub oculos subiectum.

Qui libri nō modo Luciū Lucullum fortissimum & clarissimum virum, verum etiā Populi Romani nomē illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontū, & regiis quondā opibus & ipsa natura regionis vallatū: Populi Romani exercitus eodē duce non maxima manu innumerabiles Armeniorū copias fudit. Populi Romani laus est, vrbem amicissimā Cyzicenorū eiusdem cōsilio ex omni im- petu regio ac totius bellī ore ac faucibus ereptam esse atqꝫ seruatā: nostra semper feretur & prēdicabitur Lucio Lucullo dīmīcante cū īterfectis ducibus depresso hostiū classis, & īcredibilis apud Tenedū pugna illa naualis. Nostra sunt trophya, nostra monimēta, nostri triūphī. Quare quorū īgeniū hēc ferūtur, ab his Populi Ro. fama celebratur. Charus fuit Africano superiori noster Ennius. Itaqꝫ etiā ī sepulcro Scipionū putatur īs ēsse cōstitutus: & marmoratis laudib⁹ certe non solū ipſi, qui laudantur, sed etiā Populi Rom. nōmē ornatur. In cœlū huius proauus Cato tollitur. Magnus honos populi Romani rebus adiungit⁹: omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluii non sine cōmuni omniū nostrū laude decorātur. Ergo illum, qui hēc fecerat, Rudiū hominē maiores nostri ī ciuitatem receperūt: nos hūc Heraclīsem, multis ciuitatibus expeditū, in hac autem legib⁹ cōstitutū, de nostra ciuitate eūcīemus! Nā si quis minorem glorię frumentum putat ex Grēcis versibus percipi, q̄ ex Latinis, vehemē ter errat: propterea quod grēca legūtur ī omnibus fere genitibus, latīna suis finibus exiguis sane continentur.

Ennius  
Africano  
charus.  
Marmoratē laudes.

Versus latini & Grēci.

F. SYLVIVS IN ORAT.

Quare si res hæ, quas gessimus, orbis terre regionibus definiuntur, cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela peruererint, eodæ gloriæ famamq; penetrare. q; cum ipsis populis, de quorū rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum his certe, qui de vita gloriæ causa dīmican, hoc maximū & periculorum incitamentum est & laborum. Qz multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexāder secū habuisse dicitur?

Pontum) Mithridatis regnū. Non maxima mariū) Mithridates à Lucullo vicit ad ficerū Tigranē Armeniorum. Regē cōfugit. Eum Lucullus inscutus est. Tigranes ingētib; copiis cōparatis Luculli parvū exercitū conteinebat. Paucitatē illudē dicebat eos si Legati veniret, satis multos quidē: si vero pugnaturi, paucos admodū esse. Author Plutarchus in piās.  
 Annīus 1 Scipionū sepulcro. Rōmæ extra portā Capenā in Scipionū monumēto tres statuē sunt, due P. & L. Scipionū dicitur esse, tertia poetæ Q. Enniī. Author est T. Liuī lib. 38. Eam ob rē in Scipionū sepulcro putatur Ennius esse cōstitutus. Marmoratis), i. æternis, quarū scilicet memoria nunq; interitura sit. In cælum &c.) Q. Ennius in Annalibus de Scipionis Africani, de Catonis, de Fabiis Maximi, de M. Marcelli, de M. Fulvii Nobilioris rebus gestis scripsit. Huius proauus) Catonē ex Iudicibus in hac causa esse significat. Tollit) ab Ennio. Rudiū hominē). i. Enniū. Rudiæ enī vetustū oppidū in Calabria fuit, ubi natus fuit Ennius. Syllius lib. 12. de Ennio scribēs. Rudiæ genuere vetustē: Nūc Rudiæ solo memorabile nomē alumno. Idē paulo post, Saccer hic, ac magna virotrū Aonidū cura est, & digna Apolline vates. Hic canet illustri primū bella Itala versu, Attolletq; duces cælo. Ergo illū q; hæc fecerat) Argumētū a cōtrario est. Nā si qs) Nā ibi inceptiua particula est, ppteræa posita. In oib; gētib;) In Gallia quoq; græca, tū legis solita authores sunt Diodorū Siculus & C. Cæsar in Cōmētariis. Tū enī latina lingua Germanis, Britānis, Gallis, ignota erat. Itaq; Rome, in Græcia, & in Asia Legati latine orabāt, itisq; responsa latine dabātur, quo scilicet latīnū vocis honoris venerabilior per omnes gētes diffunderetur, vt ait Valerius Maximus libro secundo, de institutis antiquis. Tū his) Romanis præcipue.

Atq; is tamē, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunatæ, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum preconem inueneris. Et vere nam nisi illi ars extitisset illa, idē

tumulus, qui corpus eius cōtexerat, nomen etiam obruisset. Pōpe⁹ in  
 Quid noster hic Magnus, qui cū virtute fortunam adæqua- Theopha-  
 uit: nonne Theophanem Mitylenæum scriptorem rerū sua- né gratus.  
 rum in cōcione mīlitum ciuitate donauit: & nostri illi fortis  
 viri, sed rusticī ac milites, dulcedine quadam glorię commo-  
 ti, quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore ap-  
 probauerūt. Itaq; credo, si ciuis Romanus Archias legibus  
 non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitatē donaretur, perfis-  
 cere nō potuit. Sylla cum Hispanos & Gallos donaret, cre- Sylla fa-  
 do hūc pertentem repudiasset: quem nos in cōcione vidimus,  
 cū ei libellū malus poeta de populo subiecisset, q Epigram-  
 ma in eū fecisset tantūmodo alternis versibus longiusculis,  
 statim ex his rebus, quas tūc vendebat, iubere ei præmiū tri-  
 bui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatē  
 mali Poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius in-  
 genium & virtutem in scribendo & copiam non expetisset:  
 Quid: a Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitate mul-  
 tos donauit, neq; per se, neq; per Luculos impetravit: qui  
 præsertim vñq; eo de suis rebus scribí cuperet, vt etiam Cor-  
 dubæ natī Poetis pingue quiddam sonantibus atq; peregrī Pingueſſo  
 nū, tamen aures suas dederet. Neq; enim est hoc dissimulan- nantibus  
 dum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum.

Atq; is) videlicet Alexāder Magnus. In Sigeo) Sigeum Troīe promō- Sigaeum  
 torium eit, sic dictum, quia Hercules hospitio prohibitus simulauit discen-  
 sum, & hinc contra Troiam venit cum silentio, quod σιγή dicitur. Au-  
 thor est Seruius libro commentariorū in Aeneida secūdo. O fortunate)  
 Alexander illum profectus sacrificio perfecto Mineruę semideisq; paren-  
 tauit. Deinde ad Achillis statuam vna cū socijs vnguento delibutus, nu Achillem  
 dusq; de more circuncurrens, eam coronis ornauit, felicē illum appellās felicem.  
 quod viuo quidem tam fidū amicum, mortuo autē tam magnum cōtigit. Alexāder.  
 habuisse præconem. Author est Plutarchus in vita Alexandri. Qui tue appellauit  
 C iii

## F/S YLVIUS IN ORAT.

**Ceritius** virtutis Homerū preconē) Cherilus: poeta ex Alexandri sectatoribꝫ fuit, eiusq; res gestas descripsit. Cui Alexander dixisse fertur, Mallese Thersite Homeri esse, quā huius Achillē. Author est Acron in Cōmētarijs in arte poeticam Horatij. Noster hic Magn⁹). i. Cn. Pōpeius Magnus. Theopha nes hist, Theophanes historicus Cn. Pōpeio familiaris admodūfuit, cui⁹ res gestas p̄scripsit, seqꝫ Græcorū omnīū clarissimū exhibuit. Author est Stra-  
**Rustici** bo libro tertiodecimo. Sed rustici Vegeti⁹ libro primo negat vñq; potuſſ  
**milites** vt se dubitari aptiore armis rusticā plebem, q; v̄bana. Ea enim sub diō & in  
**banis** me labore nutritur, solis patiens, vmbre negligēs, balnearū nescia, deliciarum  
**llores.** ignara, simplicis animi, paruo contenta cibo, duratis ad omnē tolerantiā  
mēbris: cui gestare ferrū, fossam fodere, onus ferre, consuetudo de rure es-  
Authore Catone in libro de re rustica ex agricolis & viri fortissimi, & mi-  
lites strenuissimi gignunt. Partic̄ipes eiudē laudis) Cn. Pōpeij q a Theo-  
phane perscripta eset. Nā. militū auxilio res illas gesſit Pōpeius. Magno,  
illud clamore approbauerūt) Acclamatiōne, admurmuratione, strepitu po-  
guli vel militum res publice approbari p M. Marcello scripsimus. Ad illū  
morē Romanū allusit Virgilius libro Aeneid. primo, Cuncti simul ore fre-  
mebat Dardanide, id est Ilionei dicta approbabāt. Itaq; credo ) credo in  
Ironia & in interrogatione dici admonuim⁹. Ab aliquo Imperatore, Im-  
peratori. i. ei q p̄sset exercitui licebat donare ciuitate milites eos q in bel-  
lo fortes fuerat. vt est in oratione p L. Cornelio Balbo. Hispanos & Gallos)  
quorū cōmilitio vsus fuerat. Est p argumentū a minore ad maius. De po-  
pulo), i. vulgaris plebeius. In eū). i. in eius laudē. Fecisset proprię dixit.  
vt Pollio & ipse facit noua carmina. Poetę enim facere proprię dicūtur.  
Alternis versibꝫ lōgiūsculis) Quales sunt verfus elegiaci, quales etiā mul-  
ti sunt in modis Horatianis. Ex his rebus quas tū vēdebat), i. ex bonis ciuiū  
Romanorū. L. en Sylla, vt ait Cicero in libro de Officiis secundo, ausus est  
dicere, hasta posita quā bona in foro vēderet & honorū virorū, & locuple-  
Sub ea cō- tū, & certe ciuiū, prēdā se, suā vēdere. Sub ea cōditione) ea cōditione & ea  
ditione. lege etiā dicit. Sedulitatē), i. diligētiā in faciēdis alternis versibꝫ lōgiūscu-  
Pingue so lis. Est argumentū a minore ad mai⁹. Qui p̄fertim Q. Metellus. s. Pin-  
nare. gue), i. indoctū, qđ pingui, vt aiūt, Minerua factū fuerat. Pingue qđdā sorti-  
tibꝫ atq; peregrinū) Is em̄ nō erat naturalis illa Romanę lingue puritas.  
Quēadmodū in T. Liuio mīrē faciūdē viro putat inesse Pollio. Afīnī quā-  
dā patauinitatē, vt ait Quintilianus libro. 8. Erat enim Liuius Patauinus  
Quintiliiani declamationes Hispanitatem quādā sapere Philelph⁹ scripsit.  
Dederet) id est accommodaret. Dissimulandū) id est tacendum.

**Trahi-** Trahimur omnes laudis studio: & optimus quisq; maxime  
**muros**, gloria ducitur. Ipsi illi Philosophi, etiam in illis libellis, quos  
**laudis stu-**  
**dio.** de contemnenda gloria scribūt, nomen suū inscribunt: In eo

ipso, in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prædi- Philosof  
cari se ac nominari volunt. Decius quidem Brutus summus phi glori  
ille vir ac Imperator, Accii amicissimi sui carminibus tem- cupidi.  
plorum ac monumentorum aditus exornauit suorum. Iam ve- Accius.  
ro ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fulvius, non Ennius.  
dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua Martis ma  
vrbe Imperatores prope armati Poetarū nomē & Musarum nubię Mu  
delubra coluerūt, in ea non debent togati iudices a Musarū sis cōfere  
honore & a Poetarū salute abhorre. atq; vt id libentius fa- tae.  
ciatis, iam me vobis iudices indicabo, & de meo quodā amo  
re glorię, nimis acris fortasse, verūtamen honesto, vobis con-  
fitebor. Nam quas res nos in Consulatu nostro vobiscū si-  
mul pro salute huius urbis atq; imperii, & pro vita ciuium,  
proq; vniuersa Republica gessimus, attigit hic versibus atq;  
inchoauit. Quibus auditis, quod mihi magna res & iucunda  
visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim  
virtus aliam mercedem laborum periculorumq; desiderat, Merces  
præter hanc laudis & gloriae: qua quidem detracta, iudices, virtutis:  
quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam bre- laus.  
ui, tantis nos in laboribus exerceamus!

Trahimur) natura f. vt in libro de Officiis primo, Omnes enim trahimur. Trahi-  
sducimur ad cognitiōis sciētięq; cupiditatē. Natura nos trahi & rapi alio mut natu-  
loco scripsimus. Illi ipsi philosophi) Idē Cicero dicit in libro Tusculanaꝝ tra-  
tū q̄stionū primo, Quid, inqt, nostri philosophi? Nonne ijs ipsis librīs, quos  
scribunt de cōtēnēda gloria, sua nomina inscribunt? Nobilitatē ) id est  
suicognitionem & nominationem. Decimus quidem Brutus) Q̄uis De-  
cimus prænomen sit, eaq; prænominia s̄pēfiant a nominib; simplicem  
numerū significantib; tamen aliorū codicum lectio mihi videtur emē-  
dator, in quibus scriptū est, Decius quidē Brutus. Decius enim Iunius Bru-  
tus Consul fuit tempore belli Numātini. Isq; Lusitanā urbibus expugna-  
dis vsq; ad oceanum perdonauit, vt est apud. T. Liuium: libro. 55.. Pacuūtū  
fuisse non multo post secundū bellum. Punicum, eoq; sene Accium iunie-  
rem fuisse A. Gellius capite. 21. libri. 17. scribit. Autore Cicerone de claris  
C. iiii)

## F. SYLVIVS IN ORAT.

**Accio se:** Oratoribus Pacuius Accio quinquaginta annis grandior fuit. Accio igitur familiaris Brutus aut fuit is quem nominauit, aut non multo postea fuit, sed certe Decius non Decimus appellatus est, de quo idem Cicero eodem in libro,

Vester, inquit, Decius Brutus Marci filius, ut ex familiari eius L. Accio Poeta sum audire solitus, & dicere non inculte solebat: & erat cum literis latini tum etiam grecis, ut temporibus illis satis eruditus. Quae tribuerat idem Accius, etiam Q. Maximo L. Pauli nepoti. Ille qui cum Aetolis M. Fulvius Nobilior versum fuisse vitio, quod in provincia duxisset Ennius, scribit Cicerus in primo libro Tusculanarum questionum. Is enim de Latinis Poetis scribentes, Homo rex, inquit, huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit, ut prodrum M. Nobiliori, quod in provincia Poetas duxisset, duxerat autem Consul ille in Aetoliā, ut scimus, Ennium. Bellavit id verbum vestitius est. Virgilius tamē in libro II, ut ait Priscianus lib. 8. dixit, Pro bellis bellatur amazones, armis, pro bellant. Id Syllius Italicus libro secundo imitatus est. Et nudis bellatur equis. Fulvius M. Fulvius Nobilior cum Cn. M. Ilio Volpone COS fuit. paulopost secundū bellū Punicū, ut est apud T. Livium lib. 39. de Aetolis triūphalis dicit. Martis manubias vel Marti cōsecatas, vel Martis, id est belli, ut sit hypallage. Manubia quod sint alio loco scriptum. Salute), i. absolutione. De meo amore cōfitebor id genus dicēdi vestitū doctis est. non quod vulgare est, amore meū cōfitebor, de quo alibi plura. In Consulatu nostro) quū Catilinae cōiurationē inuestigauimus & oppressimus. Vobis scū simul) Hoc dicit, ut iudices huius gloriae faciat participes, quo eos Licinio magis beneulos reddat. Attigit ut ante dixit, Cimbricas res adolescēs attigit. Quibus auditis), i. quos versus mihi quū recitasset. Nulla enim virtus ut finē bonorum in aeterna beatitudine colloca mus, ita Romani veteres nihil magis expetendū esse quod gloriam putabant, ad eam omnes labores, omnia pericula, etiam vitae amillionē referebant, cuius beneficio nomē suū fieri immortale arbitrabātur, ea quod gloria animum vinculis corporis solutum delectari. Exerceamus), i. fatigemus. Si nihil animus præsentiret in posterū) id est nisi præuideret animus, se solutum corpore manere & immortale esse: aut præsigaret, ut pro C. Rabitio, Itaque quum multis alijs de causis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque aeternæ videntur esse, tum maxime quod optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterū, ut nihil nisi sempiternū spectare videatur.

**Poete** odiosi. **Bellare &** & **M. Fulvius** Nobilior. **Confiteor de amore.** **Gloria.**

tatiū est. Virgilius tamē in libro II, ut ait Priscianus lib. 8. dixit, Pro bellis bellatur amazones, armis, pro bellant. Id Syllius Italicus libro secundo imitatus est. Et nudis bellatur equis. Fulvius M. Fulvius Nobilior cum Cn. M. Ilio Volpone COS fuit. paulopost secundū bellū Punicū, ut est apud T. Livium lib. 39. de Aetolis triūphalis dicit. Martis manubias vel Marti cōsecatas, vel Martis, id est belli, ut sit hypallage. Manubia quod sint alio loco scriptum. Salute), i. absolutione. De meo amore cōfitebor id genus dicēdi vestitū doctis est. non quod vulgare est, amore meū cōfitebor, de quo alibi plura. In Consulatu nostro) quū Catilinae cōiurationē inuestigauimus & oppressimus. Vobis scū simul) Hoc dicit, ut iudices huius gloriae faciat participes, quo eos Licinio magis beneulos reddat. Attigit ut ante dixit, Cimbricas res adolescēs attigit. Quibus auditis), i. quos versus mihi quū recitasset. Nulla enim virtus ut finē bonorum in aeterna beatitudine colloca mus, ita Romani veteres nihil magis expetendū esse quod gloriam putabant, ad eam omnes labores, omnia pericula, etiam vitae amillionē referebant, cuius beneficio nomē suū fieri immortale arbitrabātur, ea quod gloria animum vinculis corporis solutum delectari. Exerceamus), i. fatigemus. Si nihil animus præsentiret in posterū) id est nisi præuideret animus, se solutum corpore manere & immortale esse: aut præsigaret, ut pro C. Rabitio, Itaque quum multis alijs de causis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque aeternæ videntur esse, tum maxime quod optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterū, ut nihil nisi sempiternū spectare videatur.

Certe si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus vita spatiū circumscriptum est, iisdem omnibus cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigilis que angeretur, nec toties de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque

virtus, quæ noctes & díes animum gloriæ stimulis concitat. Animus  
 atq; admonet, non cū vitæ tempore esse dimittendam com- Animus  
æternus.  
 memorationem nominis nostri, sed cū omni posteritate ad-  
 æquandam. An vero tam parui animi videamus esse omnes,  
 qui in republica, atq; in his vitæ periculis laboribusq; versa-  
 mur: vt cum vscq; ad extrellum spiritum, nullum tranquillū Tspatium  
 atq; ociosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura  
 omnia arbitremur? An cum statuas & imagines non animo-  
 rum simulacra, sed corporū, studiose multi summi homines  
 reliquerunt, consiliorum relinquare ac virtutum nostrarum  
 effigiem nonne multo malle debemus, summis ingenii ex-  
 pressam & politā? Ego vero omnia, quæ gerebam, iam tum  
 in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis  
 terræ memoriam sempiternam. Hęc vero si a meo sensu post  
 mortem absutura sunt, siue vt sapientissimi homines putaue-  
 runt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidē  
 certe cogitatione quadam speq; delector. Quare conseruate  
 iudices hominem pudore eo, quem amicorum studiis videtis  
 comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate: ingenio au-  
 tem tanto, quanto id conuenit existimari, quod summorum  
 hominum ingenii expetitum esse videatis.

In posterum) Id dicitur visitatus a doctis: In futurum indocti dicunt se-  
 pius. Regionibus) id est terminis. Cogitationes terminaret suas) id est li-  
 animi interiret vna cum corpore. Nec toties de vita ipsa dimicaret) Ani-  
 mus ipse non dimicat de vita, sed homo. Animū autē Cicero sepe appelle-  
 lat hominem, sed quis sit in corpore. Qua de refusus scripsimus in Comēta-  
 riis in Ciceronē de Senectute. Nunc insident quædā Disputat de animæ  
 immortalitate, quod multis in locis facit, vt de amicitia, de senectute, de  
 Republica in libro Tusculanarum quæstionū primo. Tū enim multis Ro-  
 manorum hęc res incerta erat.. Dimittendam) ab animo nostro. Nam  
 si animus cum corpore interiret, commemorationē nominis dimitteret,

## F. SYLVIVS IN ORAT.

Anima  
triplex.

id est relinquere. Summis ingenis poetarum scilicet. Quae gerebam). quum in aliis magistratibus, tum maxime in Consulatu. A meo sensu) id est siue animo meo mortuo non sentiam. Ut sapientissimi) Ut Pythagoras reliquias magnas Græcie sapientes, & etiam Socrates, qui non tum hoc, tum illud ut in plerisque, sed idem dicebat semper animos hominum esse diuinos, iisque, quum e corpore excessissent, redditum in coelum patere: optimoque & iustissimo cuique expeditissimum, vt ait Cicero de Amicitia. Ad aliquam animi mei partem) Plato ut ait Cicero in libro Tusculanorum questionum primo, triplicem fixxit animam, cuius principatum, id est rationem in capite sicut in arce posuit, & duas partes superare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter precordia locauit. Plato in lib. de Republica nono tres animae partes appellat: unam qua homo discit, alteram qua irascitur, tertiam in qua vehementer cupiditas epulatum, poculorum, venereorum pecuniae est. Duas autem posteriores animae partes interire cum corpore certum est: remanet autem illa qua homo discit, in qua ratio ineft. Cogitatione quadam) Quia cogito & spero animum esse imortalem, ad eumque gloriam mearum rerum gestarum pertinere. Quare conseruate iudices) Conclusio est per enumerationem, cui aliquid miserationis admixtum est. Amicorum Lucullorum, Metelli & meo. Tum etiam venustate) Si locus hic emendatus est, venustatem artis poetice intelligas, vt ante de Roscio dicebat: qui quum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Nec ad corpus venustatem hoc loco referre licet. Venustas enim muliebris pulchritudo est, vt ait Cicero in libro de Officiis primo. Senem autem Archiam defendit, quo circa nulla eius corporis venustas esse poterat. Ingenio autem tanto, repete videtis eum comprobari, auct hominem, tantum ingenium, id est tantam ad poetica vim ingenitam, & quasi naturalem, quanto conuenit existimari. Legem libertus hoc loco quantum ut sit quantum oportet id ingenium existimari &c. Nam si mensurę aut preciū rationē hic haberet, dixisset quantum, non quanto, & ad hominem non respexisse patet per relativum quod. Summorū hominum) Marii, Luculli, Metelli, Ciceronis. Maximum autem existimandum est ingenium id, quod his virtutib[us] expetitum sit.

Causa vero eiusmodi, quae beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæcum ita sint, petimus a vobis iudices, si qua non modo humana, verum etiam diuina in tantis negotiis commendatio debet esse: vt eum, qui vos, qui vestros Imperatores, qui populi Romanii res gestas semper ornauit: qui etiam his recentibus

nostris, vestrisq; domesticis periculis aeternum se testimoniu  
laudum daturum esse profitetur: isq; est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atq; dicti: sic in vestra ac  
cipiatis fidem, ut humanitate vestra leuatus potius, q; acerbitate violatus esse videatur. Quę de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterq; dixi Iudices, ea confido probata  
esse omnibus: quę non fori iudicialiq; consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum,  
ea Iudices a vobis spero esse in bonam partē accepta: ab eo,  
qui iudicium exercet, certe scio.

Poete san  
cti.

Causa vero eiusmodi) sup. est, quę beneficio legis, Syllani & Carbonis.  
Municipii) Heracleæ, vnde Legati huius iudicij causa cum mandatis, &  
cum publico testimonio venerunt, qui Archiam ascriptum, ciuem Heraclitem dicunt. Luculli) qui se non opinari sed scire, non audiuisse sed  
vidisse, non interfuisse sed egisse dicit. Tabulis Metelli) In quib; nullā liturā in nomen A. Licinii videtis. De causa) Archia, defendendo eam,  
& quę ab accusatore obiecta sunt refutando, vt soleo aliis in causis facere.  
Quę ferme a me) Melius in aliis codicibus scriptum est, quę nō fori, vt  
ea sententia sit, quę locutus sum non fori iudicialiq; consuetudine &c. Postulauerat enim a iudicibus, vt paterentur eum vt prope nouo quodam  
& inusitato genere dicendi. Communiter) Locum enim commune in tra  
stauit de studio poetico. Ab eo qui iudicium exercet id est a Pretore, qui  
huic iudicio preest. Certescio) in bonam partē accepta.

## FINIS.

  
Sub prelo Iodoci Badii Ascensi, cui rogatu D. Sylviū com  
cessum est quod præmisiimus Privilégium.



158a In multis locatis sive in populis, quod in  
 iodo. affut, si etiam ad eum ipsius iste  
 distare, quod in diuisiuitate suis in Tappatu his scilicet  
 potesse, sed affut fortis mortale propositum pellit  
 scilicet in pectoratum fante valeat distare, de la  
 vunt per tria pellit, tria  
 et in temere fide, tribus rationes fidei sunt  
 Dicitur a multis his fidei, Infideli sunt  
 sicut illud facinor in flatu de confessione est. It  
 dicitur bona cora et tria pellit, autem  
 sed facinor probavit, huiusmodi, sed illud ad modum  
 eorum nos habemus.

Caducus insipidus

- 70<sup>o</sup> ~  
1. Quod est amplificatio  
2. Dubia finis et ante  
3. Libet et Costa dif  
4. Dicitur inde dictum esse dif  
5. finis  
6. Quod solus animado sit  
7. Ex quo finis ergo est in gallis  
8. Unde tantum cives Regis

(P.S.)

70<sup>o</sup>  
1. tunc sicut ne perire parva linea est frument  
2. ut noua luna perire ne nunc est frument  
3. Cetero libro est propositum quod ex hoc omnia res  
4. sit auctor. Carbo dicitur et  
5. non poterit respondere libellus  
6. tunc non ut agerat ex parte R. mundi morumq[ue] terrae  
7. la Regis  
8. Non necesse sicut dicitur et propositum quod etiam  
9. dicitur  
10. amplius tunc regis respondere a yore null











